

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Q. Horatii || Flacci Sermo-||nvm, sev Satyra-||rvm, sev  
Eclogarvm libri || duo: Epistolarum li-||bri totidem.**

**Horatius Flaccus, Quintus**

**Francofurti ad Moenum, 1577**

11. Ad Bullatium

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-306)



**A** IMPROBUS] id est, affiduo, perpetuo, ut Virg. Georg. 1. labor omnia vincit Improbus, & duris urgens in rebus egestas. Horat. sat. 6. lib. 2. improbus urget Iratis precibus. vel dic improbus, id est, cupidus, & idem miser: vel dic compendio & rectè improbus, id est, miser, & laboriosus, πόντος.

**Q**UIA PARVO NESCIAT VTI] sic habet aliquot libri manuscr. nonnulli nesciet, quos non sequor: malim legi nesciit. Passeratius volebat ita legi, Serviet aeternum qui parvo nesciit uti.

**N**ON CONVENIET] vel amplior erit, vel angustior, quàm satis est.

**V**T CALC. OL. SI PEDE] tale est illud Epicteti, μέτρον κτήσεως τὸ σῶμα ἐκείτω, ὡς ὁ πῶς ἰσοδύναμος, εἰάν μὲν οὐδὲν ἔσθι τέρψης, ἔχεις τὸ μέτρον, καὶ τὴν ὀπίβασταν. εἰάν δ' ἠσπῆσθης, ἀφῆκας, ὡς καὶ κρημνὸν σταυτῶν. ἔπειτα γίνεται κατὰ χρυσὸν ἰσοδύναμος, εἴτ' αὖ πορφύρου, εἴτ' αὖ κεντητῶν ἰσπῆσθ' ἰσοδύναμος τῶν χρεῖων τῶ ποδός. τὸ αὐτὸ καὶ ὅτι τῆς κτήσεως εἰάν ὑσπῆσθ' σῶμα, ὅρος ἔδειξ' ἔσθι. id est, modulus possessionis unicuique corpus est, quemadmodum pes calcei. Si igitur in hoc consistas, habes modulum, & scalam: **S**in ultra modum prodeas, te ipsum precipuam agis. Ita sit auratus calceus, deinde purpureus, deinde punctis distinctus. nam pedis usus superavit idem & de possessione sentiendum. Si extra corporis modum prodeat, infinita est. Nō dissimile est illud Dionis Chrysostomi oratione περὶ πλεονεξίας: id est, de cupiditate immensarum diuitiarum, & aliarum rerum fortuitarum, καὶ ἐόηται μὲν ἔδειξ' βούλεται μίλλω τὸ σῶμα πῶς ἔχειν, ὡς δὲ χρυσὸν ὄν' εἰσὶν δὲ τῶν πάντ' μίλλω τῆς χρεῖας ὀπίβασθ' ἰσοδύναμος ἅπαντες ἔχειν, ἔκ' εἰδότες, ὅτι τὸ πῶς ἐκείτω χαλεπώτερον: id est, Et vestem quidem nemo vult habere corpore maiorem, tanquam incommodum quiddam. rem familiarem autem omni ex parte maiorem quàm usus postulet, cupiunt omnes habere, non intelligentes, hoc esse longè illo incommodius, ac molestius.

**S**I MINOR VRET] si minor, pedem lædet, & dolore afficiet.

**O**LIM] ποτὶ, aliquando, vel tunc, ut Plaut. in Miliite glor. Curate, ut splendor meo sit clypeo clarior, Quam solis radij esse olim, cum sudum est, solet. Idem **T**rinummo, Primum omnium olim terra cum profcinditur, in quinto quoq, sulco moriuntur boues. Horat. satyr. 1. lib. 1. ut pueris olim dant crustula blandi Doctores. Lucret. lib. 6. Vi calidis candens ferrum è fornacibus olim Stridit, ubi in gelidum properè demersimus imbrem. Virgil. Æneid. 3. Sed tamen idem olim curru succedere suesti Quadrupedes.

**L**ÆTVS SORTE TVA, &c.] fors ab Horatio plerumque vsurpatur pro eo, quod cuique vel casu aliquo, & beneficio fortunæ, vel natura, vel ratione obtigit: cuiusmodi sunt facultates, nobilitas, potentia, res secundæ, quæuis denique facultas, & condicio viuendi: idque per tralationem quandam, ut Od. 16. lib. 3. Pura riuus aqua, siluæque iugerum Paucorum, &c. Fulgentem imperio fertilis Africa Fallit sorte beatior. Od. 11. lib. 4. Telephum, quem tu petis, occupauit Non tue sortis inueniem puella. Od. 14. epod. quod si non pulchrior ignis Accendit obsessam Ithon, Gaude sorte tua. Od. 24. li. 3. Defunctumque laboribus Aequali recreat sorte vicarius. epist. ad villic. hoc lib. Cui placet alterius, sua

nimirum est odio fors. & fat. 1. lib. 1. Qui sit Mæcenas, ut nemo, quam sibi sortem, seu ratio dederit, seu fors obiecerit, illa contentus viuat? Virgil. Æneid. 6. Multa putans, sortemque animo miseratus iniquam. eod. li. Inualidus vireis ultra sortemq, senectæ. Idem Æn. 5. Heclorei socij, Troia quos sorte suprema Delegi comites. Lucret. lib. 4. Inde Venus varias producit sorte figuras, Maiorumq, refert vultus vocæsq, commasq, fors autem longè aliud est, ut annotauimus ad fat. 1. lib. 1.

**N**EC ME DIM. INCAST.] id est, & me acriter castigabis, me acerbè reprehendes, & accusabis. &c. incastigatum, ἀνεπλήμων.

**C**OGERE] congerere, coaceruare, quærere.

**I**MPERAT, AVT SERV.] id est, alij bonis quæsitis & partis libenter vtuntur: alij parcunt, vt facris: neque audet quicquam de acervo, aut summa demere. Epist. 1. huius lib. Et mihi res, non me rebus subiungere conor.

**T**ORTVM DIGNA SEQ. POT. &c.] id est, quæ tamen debet potius trahi, quàm trahere: hoc est, seruire potius, quàm imperare, videtur tralatio, aut allegoria ducta ab iis, qui restim ductant, vel, vt alij volunt, à machinationibus. præfultoris autem erat funem, seu restim ductare: eorum, qui vnà saltabant, restem manu apprehensam sequi. Terent. Adelp. Tu inter eas restim ductans saltabis. Iam nomen tortus, funis est epithetum etiam alijs scriptoribus vsitatum, vt Virg. 4. Æneid. tortos incidere funeis. Catull. in Carm. de nuptiis Pelei, Can didaque intortis sustollant vela rudentes.

**T**IBI DICTABAM] puero meo dictabam, vt ab eo excepta, & scripta ad te mitterem. sic M. Tull. ad Q. fr. lib. 2. Non occupatione, quaeram sane impeditus: sed paruula lippitudine adductus sum, vt dictarem hanc epistolam. & alibi ad eund. hac inter cenandum dictavi Tironi, vide sup. ad epist. 1. hæc recinunt iuuenes dictata senesque.

**P**OST FANVM PVTRÆ VACVNÆ] ponè fanum Vacunæ Deæ, vetustate consumptum. Vacuna Dea à vacando dicta, quæ vacantibus & otiosis præerat. hæc in agro Reatino nobilia habebat nemora, de quibus lege Plin. li. 3. cap. 12. Erat etiam eorum, qui à crimine, aut calumnia, aut contumelia & maledicto liberati ac soluti, & quasi vacui erant, dea: quod ex Aufonio intelligere licet, Totam trado tibi simul Vacunam, Nec iam post metues ubique dictum.

**E**XCEPTO, QVOD NON SIM. ESS. &c.] id est, molestè ferens, quod vnà mecum non esses: cetero qui latus. vel sic, eò excepto, quod mecum non esses, cæteris rebus latus. cetera dictum Græcorum more, τὰ μὲν, id est, τὰ τ' ἀμα. & ita supra locutus est Od. 2. lib. 4. Quæ notam duxit, niueus videri: Cetera fuluus. sic Virg. Georg. 3. Cetera nec fatu ra habilis, nec fortis ararris. T. Liuius lib. 22. Annalium, Hac est pugna Cannensi clade nobilitata, par cetera Alliensis.

## XI. AD BVLLATIVM

**Q**VID tibi visa Chios, Bullati, notaque Lesbos?

Quid



- A *Quid concinna Samos: quid Cræsi regia  
Sardis?  
Smyrna quid, & Colophon? maiora, mi-  
nor ane fama?  
Cunctane præ campo, & Tiberino flu-  
mine sordent?  
An venit in votum Attalicis ex urbibus  
vna?  
An Lebedum laudas odio maris, atque  
viarum?  
Scis, Lebedus quàm sit Gabijs desertior,  
atque  
Fidenis vicus: tamen illic viuere vellem:  
Oblitusq; meorum, obliuiscendus & illis*
- B *Neptunum procul è terra spectare furen-  
tem.  
Sed neque, qui Capua Romam petit im-  
bre, lutóque (qui  
Aspersus, volet in caupona viuere: nec,  
Frigus collegit, furnos: & balnea laudat,  
Vt fortunatam plenè præstantia vitam.  
Nec, si te validus iactauerit Auster in  
alto:  
Iccircò nauè trans Ægeum mare vèdas.  
Incolumi Rhodos, & Mitylene pulchra  
facit, quod  
Penula solstitio, cæpestre niualibus auris,  
Per brumã Tiberis, sextili mèse caminus.  
Dum licet, & vultum seruat fortuna be-  
nignum:*
- C *Romæ laudetur Samos, & Chios, &  
Rhodos absens.  
Tu, quacumque Deus tibi fortunauerit  
horam,  
Grata sume manu: nec dulcia differ in  
annum:  
Vt, quocumq; loco fueris, vixisse libenter  
Te dicas. nam, si ratio, & prudètia curas,  
Non locus effusi latè maris arbiter au-  
fert:  
Calum, non animum mutant, qui trans  
mare currunt.  
Strenua nos exercet inertia. nauibus, atq;*
- Quadrigris petimus benè viuere. quod D  
petis, hic est:  
Est Vlubris, animus si te non deficit  
equus.*
- CHIOS] insula est in mari Ionio, seu Icario:  
quæ nomen etiam hodie retinet.
- LESBOS] insula est nõ longe à Troade, in qua  
est Mitylene.
- CONCINNA] lepida, festiua. amœna, pulchris  
ædificiis descripta.
- SAMOS] Homerus *πυπυλοσσαν* nominat *ὀδ.δ.*  
id est, editam, aut asperam. Insula est in mari  
Ionio, non admodum longè distans à Chio in-  
sula.
- CROESI REGIA SARDIS] in qua Cræ-  
sus rex Lydiæ commorabatur, & confidebat, vt  
in vrbe totius Lydiæ principe, & reliquarum om-  
nium munitissima: quæ à Cyro expugnata, & ca-  
pta est decimoquarto post oppugnationem die, vt  
narrat Herod. Clione. Sic Virg. libr. 7. *Æn.* de do-  
mo Pici, *Tectum augustum, ingens, centum sublime  
colūnis Vrbe fuit summa, Laurentis regia Pici.* Idem  
lib. 8. de Caci specu. *At specus, & Caci detecta appa-  
ruit ingens Regia.* sic Hor. epist. 7. ad Mæcen. 2. *mi-  
hi iam non regia Roma, sed vacuum Tibur placet,  
aut imbelles Tarentum,*
- SMYRNA] vrbs in Ionia, Hermo fl. & Miman-  
ti monti propinqua.
- COLOPHON] vrbs in Ionia, non longè à Sar-  
dibus, continentem versus: ab altera parte, Lebe-  
do vicina, & ad vnum quoddam promuntorium  
sinus Ionij posita.
- CAMPO] Martio. epist. 7. ad Mæcen. 2. *& post  
decisa negotia, campo.*
- SORDENT?] nihili sunt? tibi vtilia sunt? vt  
epist. ad Loll. 2. *pretium atas altera sordet.* Virgil. in  
Alex. *quoniam sordent tibi munera nostra.*
- AN VENIT IN VOTVM ATTAL.] id est,  
an vna aliqua ex urbibus Asiaticis, quæ sub impe-  
rio Attali fuerunt, tibi optabilis est?
- AN LEBED. LAVD. ODIÓ MARIS, &c.]  
an iccirco Lebedum laudas Ionix oppidum deser-  
tum, atque infrequens, quod te longæ nauigatio-  
nis, longique itineris pigeat? fuit tamen olim Le-  
bedus Apollinis Clarij fanum non ignobile, ne-  
que incelebre, aut desertum.
- SCIS, LEBEDVS QVAM SIT, &c.] vrba-  
norum, & pudentium hominum more primò  
eius consilium, factumque approbat, qui Roma  
ab sit, quouis loco contentus: ostendens, se etiam  
Lebedi æquo animo, libentèrque ætatem acturū,  
quamuis vicus sit desertissimus, etiam ea lege, vt &  
suorum obliuiscatur, & è suorum memoria ef-  
fluat: verumtamen (inquit) quemadmodum, qui  
Capua Romam venit, si fortè via lutulenta, im-  
bribusque corrupta iter fecerit, non iccirco in  
deuersorio totam ætatem commorabitur: sed vbi  
vesteis suas imbre, lutóque madidas exsiccauerit,  
atque aliquot horas quieuerit, iter institutum re-  
petet: sic tu itineris longinquitate, aut difficultate



A te deterri non debes, quominus in urbem redeas, tuosque reuisas, &c. Gabij oppidum fuit in via Prænestina, citra Præneste, Roma distans circiter centum stadia. Fidenæ quoque non admodum Roma aberant, quippe quæ essent in agro Rom. sitæ.

VELLEM] non recusarem, non nollem. aliàs velle, optare est.

OBLIVISCENDVS ET ILLIS] *obluiscentus* dixit παθητικός. participium est futurum ab obliuiscor.

NEPTVN. PROCVL È TERRA, &c.] sic Lucret. lib. 2. *Suaue mari magno turbantibus æquora vêtis, E terra magnum alterius spectare laborem.* & Menander in Thrasyleonte. Ως ἰδὺ τὴν θάλατταν ἀπὸ γῆς ὄραν, Ω μὴτὲρ βῆι, μὴ πλείοντα μὴδα μὲ.

id est. *Quam dulce, mater, improbum è terra mare, Nullas in oras nauigantem cernere est?* & Oppianus lib. 1. ε. ἀλιεντ. ἀλλὰ θάλασσα Χαῖρὲ μοι ὄκραις, ἔκαθεν δὲ μοι ἦτος ἔμης. id est, At mare salue mihi ex terra: longè autem mihi propitium sis. & M. Tull. ad Attic. lib. 2.

B nunc verò cum cogar exire de nauis, non abieclis, sed ereptis gubernaculis, cupio istorum naufragia ex terra intueri: cupio, ut ait tuus amicus Sophocles, καὶ ἰπὸ στήν, Πικρὰς ἀκίβουσι ψακάδος ἐν δόση φρενι. Xenocrates autem in Αἰθίοχος sic loquitur, εἰς ἐξ ἀπὸ τῆς θαλάσσης, id est, tanquàm è specula prospiciens.

SED NEQUE, QVI CAP. ROM. PET. &c.] sed quemadmodum qui Capua Romam venit brumali tempore, si assiduo imbre madidus, lu tôque conspersus in cauponam aliquam deuertit, non tamen in ea perpetuò viuere volet: neque qui frigus contraxit, focum, & balnea ita laudat, quasi in eis posita sit vita beata: sic neque tu, quòd aliquando incommodè nauigaris, atque aduersa tempestate vsus sis, propterea loca ista transmari-na patriæ anteferre debes.

NEC QVI FRIG. COLL.] id est, nec qui frigus contraxit.

NEC SI TE VAL. IACT.] nec si te auster validus, i. acer, vehemens, & sauuus, ἄρξενος, in man disiecerit, &c.

C ÆGÆVM MARE] Ægæum mare dictum vel ἀπὸ τῶν ἀγῶν, quæ est insula iuxta Eubœam, vel quòd in eo mari scopuli sic vocantur à similitudine caprarum. & ita Varro lib. 6. de lingua Lat. vide annot. ad illum locum, in patienti Prensus Ægæo, Od. 16. lib. 2.

VENDAS] vendere debeas: aut venditurus sis.

INCOLVMI RHODOS ET MYTIL. &c.] Poterat ita respondere Bullatius, se Rhodi, & Mytilenis, & in aliis nobilibus urbibus, beatus, quàm in patria victurum. cui orationi statim occurrit Horatius hoc modo, Si quis animo valet, æquè superuacanea est ei peregrinatio, vt Penula solstitio, campestre niualibus auris, &c. Penulæ autem ad imbrem arcendum comparatæ sunt: campestria ad tegendas eas corporis parteis, quæ deformem essent aspectum habituræ, in certaminibus gymniciis, & campo Martio. ea enim nemo adhibebat ad propulsandum frigus. decursio item Tiberina æstiuo tempore fiebat. camini denique, & foci nullus est mense sextili, aut certè prauus vsus.

INCOLVMI] sano & valenti: animo scilicet. D

PENULA SOLSTITIO, CAMP.] *penula vestis, quam supra tunicam accipimus*, inquit Festus. Varro Virgula diuina, *Non querenda est homini, qui habet virtutem, penula in imbro.*

CAMPESTRE] campestre, subligaculum, quo vtebantur ij, qui in campo Martio certabant, & sese exercebant.

NIUALIBVS AVRIS] mensibus hibernis: ventis frigidis, & niuem gignentibus.

CAMINVS] caminus, & focus non eo tantum differunt, quòd alterum Græcum est, alterum Latinum: sed quòd caminus fornacem significat: focus vas, aut locum, vbi ignis excitari ex materia solet. talibus autem fumi spiraculis non esse veteres vsos, qualia hodie sunt nobis in vsu è rectorum fastigijs prolata, figura vel quadrata, vel rotunda, constat inter doctiores. voce camini vtitur & M. Tull. epist. ad Trebat. lib. 7. *valde metuo ne frigeas in hibernis. quamobrem camino luculento utendum censeo.*

DVM LIC. ET VLTVM SERVAT, &c.] E declarat id, quod proximis superioribus versibus dixerat *Incolumi Rhodos, &c.* Dum licet (inquit) & dum tu incolumis es, dumque tibi per fortunæ liberalitatem licet, Romæ laudato Samū, & Chium & Rhodum, id est, ne te Roma commouero, neque peregrinator: Samum quidem & Chium, & Rhodum laudato Romæ & domi, longè distantes, sed ne in insulas illas peregrè proficiscitor. sic loquitur Virg. Georg. 4. *laudato ingentia rura, Exiguam colito.* sic Heliodus ἐργ. καὶ ἡμερ. Νῆ ὀλιγὰν ἀνεῖν, μεγάλη δ' ἐν φόρτῃ θέσθαι. id est, nauem exiguam laudato, in magnam vero onera imposito.

NEC DVLCIA DIFFER IN ANN.] sic sup. Od. 8. lib. 3. *Dona presentis cape latus hora.* vide annotata ad illum locum, *Latus in presens animus, quod ultra est.* Oderit curare, Od. 16. lib. 2. Quidam libri vet. habent, *nen dulcia.*

NON LOC. EFF. LATE MAR. ARB.] id est, non locus mari propinquus.

CÆLYM NON ANIM. MVTANT, &c.] sic Æschines in Ctesiph. τὸ πῦρ, ὃ πρότερον μετέβαλε. id est, locum, non mores mutauit. & M. Tull. pro Quinctio *sit magna mutatio loci, non ingenij.*

STRENUA NOS EXERCET INERTIA] similia sunt illa, *seu iusta facilis, insaniens sapientia*, quæ notauimus ad Od. 34. lib. 1.

NAVIB. ATQ. QVADR. PET. B. VIV.] id est, nos maria, & terras peragramus, vt benè, beateque viuamus, quasi in locis externis, atque à patria remotissimis tranquillius, beatusque viuendi, quàm domi: sed vehementer erramus. non enim ex loco, sed ex animo nostro: non foris, sed intrinsecus benè viuendi rationem petere debemus.

HIC EST] domi, in patria, non in externis locis.

EST VLVBRIS] quouis in loco, quantumuis obscuro, & ignobili. Vlubras commemorat M. Tull. epist. quadam ad Trebat. lib. 7. *Nam Vlubris honoris mei causa vim maximam ranunculorum se commosse constabat.*



A ANIMVS SI TE NON DEF. A Q ] id est, si animus est tibi nulla cupiditate, nullaque agri- tudine concitatus, aut perturbatus: animus tran- quillus, ac sedatus. ἐὺθυμῶν Græci nominant. epist. ad Loll. 2. hoc lib. Det vitam, det opes, equū mi ani- mum ipse parabo. sic Plaut. in Aulular. Pol si est ani- mus equus tibi, satis habes qui benè vitam colas. vide suprâ ad Od. 3. libr. 2. Equam memento rebus in arduis, &c.

Defer. nil Grosphus, nisi verum, orabit, D  
& equum. (deest.)

Vilis amicorū est annona, bonis ubi quid  
Ne tamen ignores quo sit Romana loco  
res: (ronis)

Cantaber, Agrippæ: Claud I virtute Ne  
Armenius cecidit. ius, imperiūmq; Phra-  
ates (ges)

Cæsaris accepit genibus minor. aurea fru-  
Italia pleno defudit copia cornu.

12 AD ICCIVM.

FRUCTIBVS Agrippæ Siculis,  
quos colligis, Icci,

Si rectè fruëris: non est, ut copia maior  
Ab Ioue donari possit tibi. tolle querelas.  
Pauper enim non est, cui rerum suppetit  
vſus.

B Si ventri benè, si lateri est, pedibſque  
tuis: nil

Diuitia poterunt regales addere maius.  
Si fortè in medio positorum abstemius,  
herbis

Viuis, & vrtica: sic viues protinus, ut te  
Cōfestim liquidus fortuna riuus in auret:  
Vel quia naturā mutare pecunia nescit:  
Vel quia cuncta putas vna virtute mi-  
nora.

Miramur, si Democriti pecus edit agel-  
los, (corpore velox:

Cultaque, dum peregre est animus sine  
Cum tu inter scabiem tantam, & conta-  
gialucris

C Nil paruum sapias: & adhuc sublimia  
cures?

Quæ mare compescant causa: quid tem-  
peret annum:

Stellæ sponte sua, iussane vagentur, &  
errent:

Quid premat obscurum Luna, quid pro-  
ferat orbem:

Quid velit, & possit rerum concordia  
discors?

Empedocles, an Stertiniū deliret acumē?

Verū seu pisceis, seu porrum, & cepe  
trucidas: (tet, vltro

Vtere Pompeio Grospho: & si quid pe-

NON EST, UT COP. M. AB IOVE  
DON. POSS. TIBI ] id est, nullaratione fieri po-  
test, ut copia maior, &c. & ita loquuntur Græci,  
ὡς ἐστὶν ὁ πῶτος: quod suprâ admonuimus ad Od. 1. li.  
3. Est, ut viro vir latius ordinet Arbusta sulcis. At-  
que hoc loquendi genus crebrò vsurpat Lucret.

verbi causa lib. 2. quare non est, ut credere possis Esse  
infinitis distantia semina formis. eodem lib. Quin  
etiam, quanto in parteis res quæque minutas Distra-  
hiur magis, hoc magis est, ut cernere possis Euanesce-  
re paulatim, sicutiq; colorem. & lib. 3. quod si linguū-  
tur, & insunt: Haud erit, ut merito immortalis possit  
haberi. & lib. 4. Hic odor ipse igitur, nareis quicumq;  
laccessit, Est alio ut possit permitti longius alter.

TOLLE QUERELAS ] desine conqueri, omit  
te querelas.

SI VENTRI BENE, SI LATERI EST,  
&c. ] fortasse hæc sunt ex Theognide expres-  
sa: cuius exstant hi versus, Ἴσον ποὶ πλοῦσιον, ἔτα  
πολὺς ἀργυρὸς ἔστι, καὶ χρυσὸς, καὶ γῆς πυροφόρος πέδια, Ἰα-  
πολὸν, ἠμῶνοίτε, καὶ ὧ τὰ θεόντα πάρεσι, Γαστρι τε, καὶ πνευ-  
ραῖς, καὶ ποῖν ἀβραπάθειν. i. Equè diuites sunt & is, cui  
multum argentum suppetit, & aurum, & agri tri-  
ticum ferentis campi, & equi, & muli: & is, cui ea,  
quæ oportet, adsunt, neque venter, neque latera,  
neque pedes dolent. sed credibilis est Horatium

Metrodori, aut etiam Epicuri sententiam respexif  
se: quam pluribus locis exponit M. Tull. Ac de Epi-  
curo quidem, res in promptu est. De Metrodoro au-  
tem ita scribit offic. 3. Nam si non modò utilitas, sed  
vita omnis beata, corporis firma constitutione (ut à  
Metrodoro scriptum est) continetur, certè hæc utilitas,  
& quidem summa (sic enim censent) cum honestate pu-  
gnabit. Idem lib. 2. Tuscul. Metrodorus quidè eum  
perfectè putat beatum, cui corpus benè cōstitutum sit,  
& exploratum ut a semper fore. Idem Tusc. lib. 5. Tu  
verò Metrodore, qui omne bonū in visceribus, medul-  
lisq; condideris, & desinieris, summum bonum firma  
corporis affectione, explorataque spe conuineri: fortune  
aditus interclusisti? quomodo? isto enim bono iam ex-  
spoliari potes. verba Metrodori sunt hæc, τέλος ἀγα-  
θῶν τὸ ἀσφαλὲς ἐυσταθὲς κατὰ σῆμα, καὶ τὸ ἀεὶ τέρτε πρὸς ἐλ-  
πίσση. finis bonorum carnis constitutio stabilis, &  
spes certa atque explorata ita semper fore. Athen.  
lib. 15. ex eius epistola ad Timocratem hæc citat, ὅ  
φυσιολόγη Τιμόκρατες, ἀεὶ γαστρεὶ ὁ καὶ φύσιν βαδίζων λόγος  
ἀπάσων ἔχει ἀσφάλην. i. ὁ qui de natura disputare soles,  
Timocra-